


Nocturne III


Cf. Ps. 75, 3

2. Ant.

7. a



I n pace factus est * ló-cus é- ius, et in Sí-on ha-bi-




tá-ti- o é- ius.


PSAUME 75

ACTION DE GRÂCE POUR UNE VICTOIRE

On verra le Fils de l'homme venir sur les nuées du ciel (Mt 24, 30)



Nó tus in Iudæ- a De- us : * in Isra-el magnum



no- men e- ius. *Flexa* : corde, †

Et est in Salem tabernáculum eius, *
et habitatio eius in Sion.

Ibi confrégit coruscationes arcus, *
scutum, gládium et bellum.

Illúminans tu, Mirábilis, *
a móntibus direptionis.

Spoliati sunt poténtes corde, †
dormiérunt somnum suum, *
et non invenérunt omnes viri fortes manus suas.

Ab increpatione tua, Deus Iacob, *
dormitavérunt auriga et equus.

Tu terribilis es, et quis résistet tibi ? *
Ex tunc ira tua.

De caelo auditum fecisti iudícium ; *
terra trémuit et quiévit,

Cum exsúrgeret in iudícium Deus, *
ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.

Quóniam furor hóminis confitébitur tibi, *
et reliquiae furóris diem festum agent tibi.

Vovéte et réddite Dómino Deo vestro ; *
omnes in circúitu eius áfferant múnera Terríbili,

Ei, qui aufert spíritum princípum, *
terribili apud reges terræ.